

esse monstratum est. duplex uero proportio ex sesquialtero sesquiterciaque componitur. diapason uero ex diatesseron ac diapente collocatur. non est dubium. quoniam si utrumque diapason induplici statuatur. diapente & diatesseron. in sesquialtera sesquiterciaque proportionibus locandae. Aliiter enim non poterunt diapason iunctae perficere. quae consonantia induplici proportione consistit. nisi in his duabus proportionibus steterint. sesquialtera scilicet ac sesquitercia. Aliae enim proportionibus superparticularibus. hanc uel latione coniungunt.

DYAPENTE INSEQUALITERA DYATESSERON IN SESQUIALTERA. EE. TONUM IN SESQUIOCTAUA.

Dico autem. quoniam propriam diapente in sesquialtera. diatesseron in sesquitercia proportione consistit. Quoniam enim inter utrasque proportionibus. sesquialtera scilicet & sesquitercia. sesquialtera maior est. & sesquitercia minor. quam quae in consonantibus diapente maior. diatesseron minor; apparet. Maiorem proportionem in minori esse consonantiae aptandam. Criticatur diapente quidem in sesquialtera. diatesseron uero in proportione sesquitercia collocanda. Quod si diatesseron ad diapente consonantiam subtrahamus. relinquatur spatium quod dicitur chonus. Sesquitercium uero si proportioni sesquialterae minuiamus. relinquatur sesquioctaua proportio; quos ut tonus in sesquioctaua debeat ratione constitui.

si
maior
proportio
est
minor
proportio
ne

DYAPASON AC DYAPENTE IN TRIPLI PROPORTIONE. EE. BIS DYAPASON IN QUADRUPLA

Sed quoniam demonstratum est diapason quidem duplam diapente uero sesquialteram. iunctas uero duplam ac sesquialteram. triplicem proportionem creare. Ex his etiam illud apparet diapente ac diapason in triplici proportione constitui. Sed si quis triplici proportioni. sesquiterciam habitudine iungat. quadruplum facit. Igitur si diapente ac diapason consonantibus. diatesseron symphonia iungatur. fit quadruplum spatium uocum. quod bis diapason supra esse monstrauimus.

DYATESSERON AC DYAPASON. EE. SECUNDUM PYTHAGORICOS. CONSONANTIAS.

P

Sed in his illud diligens lector agnoscat. quod consonantiae consonantibus superpositae. alias quasdam consonantias effecerunt. Nam diapente ac diatesseron iunctae. diapason ut dictum est creant. Haec uero id est diapason. rursus si diapente symphonia iungatur. fit consonantia quae ex utrisque uocabulis nuncupatur. diapason scilicet ac diapente. Cui si diatesseron addatur. fit bis diapason. quae quadruplam proportionem tenet. Quid igitur. si diatesseron ac diapason consonantibus iungamus. ullam ne secundum pythagoricos efficiant consonantiam. minime. Mox enim in superparticularibus